

***** DIVARICATÆ, articulis exiguis lineari-lanceolatis, valde spinosis, procumbentibus.

O. (Greater Pin-pillow) articulis fragilibus linearilanceolatis subdivaricatis, spinis difformibus, majoribus 3—10-linearibus. — *Cactus pusillus*. Nobis in misc. nat. p. 189. pusilla.
13.

HABITAT in America meridionali? S. F.

FLORET Jun.

INTROD. circa 1805.

Obs. *Caudex* compressus valde ramosus articulatus spinosus carnosus. *Rami* etiam articulati plurimi, oppositi et alterni; senecti divaricati. *Articuli* angustè sublanceolati compressi spinosi foliolosi virides. *Spinæ* difformes fasciculatæ; majores pauciores quam in affinibus, seu 1-2 vel 3, patulæ sive expansæ, ex albido flavicantes 3—10-lineares. *Foliola* ut in cæteris, sed magna ratione articularum magnitudinis, seu fere trilinearis viridia. *Flores* (in horto Jun. 1796) superi numerosi, ramulos juniores terminantes, at solitarii, ut in Cæto Opuntia auctorum, cui simillimi atque lutei. *Calyx* quinquephyllus, foliis valde inæqualibus, duobus exterioribus multoties majoribus oblongis obtusis cum mucrone carnosus, et ad latera aliè membranaceis; tribus interioribus obtusatis, margine ultimo tantum membranaceo. *Petala* circiter octo cuneato-oblonga perobtusata cum mucrone debili, foliis exterioribus calycinis fere duplo longiora, integerrime subdiaphana, ad solem pulchrè micantia. *Stamina* numerosa erecta valida folva, basin versus pallidiora, foliis majoribus calycinis aliquantulum breviora. *Anthæræ* post

fœcundationem parvulæ albæ (juniores non vidi). Pollen luteum. Stylus validissimus teres erectus albidus, antheras paululum superans. Stigmata 3-4 itidem valida, et albida, incurvatim erecta.

curassa-
vica.

14.

O. (Pin-pillow) articulis fragilibus cylindrico-ventricosus compressis valde divaricatis. - *Opuntia (Curassavica) articulis cylindrico-ventricosus, compressis, spinis setaceis.* Mill. dict. ed. 8. no. 7. — *Cactus curassavicus.* Willd. sp. pl. p. 945. — *Hort. kew. ed. 2. v. 3. p. 179.* — *Opuntia minima americana spinosissima.* Bradl. succ. 1. p. 5. l. 4.

HABITAT in Curassao.

S. h.

FLORET Jun. Jul.

INTROD. 1690.

Obs. This is a very shy-flowering plant, and has only once attempted to blossom with me: but it has several times flowered with my brother in Yorkshire. Its branches are so extremely brittle that they break off at the joints on the slightest touch, adhering to the flesh or clothes of any person coming in contact with them; and create much pain and trouble to disengage, as their long sharp prickles are thickly and reversely barbed with invisible points. Miller says it is called Pin-Pillow in the West Indies, from the appearance which the plump branches have to a pincushion stuck full of pins.

I cultivate three varieties of the Pin-pillow, viz.

α. (major,) ramis spinisque majoribus, magisque divaricatis.

β. (media,) ramis spinisque paulo minoribus.

γ. (minor,) ramis duplo minoribus quam in